

Verruca, seu Balani marini. Meer-Warthen, oder Meer-Fischeln.

sunt Testacea marina trivalvia basi clausa, ac immobili, superius autem aperta, et operculosus e duabus valvis mobilibus, quarum quaelibet e duabus testulis seu squamulis triangularibus strictissime inter se unitis conflatas, efformato munite: hoc operculum potest secundum longitudinem ad nutum animalis inclusi median-
 ta quadam rimâ oblongâ et rectâ aperiri, et claudi, ad hauriendum vel emitte-
 ndam aquam, aut aereq. etc. qui motus istarum duarum portionum opercu-
 lum constituentium mihi insam dedit illud in duas valvas particulares distin-
 guendi, et sic testaceum integrum trivalve nuncupandi: reliqua autem valva
 concamerationem animalis efformans constat primo e dictâ basi subrotun-
 dâ orbiculari, ac planâ, quæ e meris fibrillis tubulosis miro ordine a centro
 ad peripheriam dispositis conflatas, et mediante quodam glutine tenacissimo,
 quod fortè e dictis tubulis transsudat, quibusculis marinis quibuscunq. firmis-
 sime adhæret, ita ut ab illis non nisi summa vi, et periculo ruptionis balani sepa-
 rari queat, tamen aqua feruente emolliiri solent, ab hac basi exurgit tubus cy-
 lindraceus omnimodam balani cavitatem dicto operculo obtectam efformans, e
 pluribus quoque testulis seu squamis potissimum triangularibus nunc quasi æqui-
 lateris, nunc isosceles secundum diversam balani speciem variis sibi invicem ar-
 distinè impolitis, ac conglutinatis, quarum testulæ externæ cum prædictâ sub-
 tensâ basi externè firmiter articulantur, quemadmodum internæ fibris crassio-
 ribus et fortioribus transversis constantes interno basi fundo annectun-
 tur.

Verruca seu Balanus marinus maximus rugosus Indis orientalis e-
 testulis oblongis angustioribus isosceles conflatas cum pæce adhuc in eo la-
 tente, et barbâ suâ foras extendente. Rumph. tab. 41. lit. A.



Piscis prædictæ Verrucæ, seu Balani marini cum sua barbâ extendâ extra luo domicilium. loco citato. lit. C.

Idem Piscis sed intortus. loco citato. lit. D.

